



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 20. Dandini Cardinalis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

aliis Proceribus obses dabatur, donec Sæcul. XVI.
pacis articuli fuissent ad executionem A.C. 1559.
deducti: cum vero Stampensis Ducissæ
amici per Regis obitum plurimum de
sua auctoritate deciderent, Cardinalis
suam magni Eleemosynarii dignitatem
exuit, seque in Italiam recepit, ubi Ju-
lii III. electioni interfuit, paucisque post
annis in Franciam redux Parisiis in No-
focomio, quod ipsem prope D. Catha-
rinæ Vallis-Scholarium Ecclesiam ædi-
ficari fecit, die vigesima quinta Novem-
bris feria sexta Anno a Christi Nativi-
tate millesimo quingentesimo quinqua-
gesimo nono decessit, sepultusque fuit in
templo eidem D. Catharinæ facro. Por-
ro eo tempore, quo Romæ morabatur,
a Papa nominabatur ad Tolosanum Ar-
chiepiscopatum tum vacantem, eo quod
Cardinalis de Castillione natione Gallus
hæresis nota infamis in Angliam auffu-
gisset.

§. XX.

Dandini Cardinalis fata.

Septimus fuit Hieronymus Dandinus *Ciac. p. 781.*
Cæsenæ, celebri Æmiliæ urbe in Ita- *Ugel. in Ital.*
lia ex nobilissimo genere natus , nam *sacra.*
Anselmi Dandini , & Joannæ Muratinæ *Aubery l. c.*
Foroliviensis filius extitit , quorum pa-
rentum cura liberaliter educatus in pa-
tria humanioribus literis operam dabat:

T 4 inde

Sæc. XVI.**A C 1559.**

inde vero Bononiam missus, ibidem do-
ctoratus laurea in jurisprudentiæ pale-
stra decorabatur, qua accepta Cæsenam
reversus, ibidemque sacro Presbytera-
tus Ordine initatus, paulo post Romanum
venit, ubi primo Episcopatum Cassa-
nensem, ac demum, cum Nicolaus Car-
inalis Rodolphus illum abdicaret, Imo-
lensem obtinuit, nec minus, e quod a-
cris, solertisque ingenii vir, atque om-
nium literarum genere exultus esset,
a Paulo III. cui a secretis erat, bis in
Franciam ad Franciscum I., & Henricum
II. pro concilianda pace Legatus mitte-
batur, atque a Julio III. eadem dignita-
te auctus in Germaniam, ut Caroli V.
opem ad sustinendum Parmense bellum
imploraret, ablegabatur, quæ munia-
tam feliciter obibat, ut idem, quamvis
absens esset, a Julio Cardinalis renun-
tiaretur, quo honore decoratus rursus
legatione in Germaniam honorabatur,
ut Cæsarem conveniens eundem ad pa-
cem cum Henrico II. ineundam inclinaret:
qua eadem occasione Commendonem,
ut ei a secretis esset, secum in Gallias
conducebat. Ceterum jam supra me-
minimus, quod idem Cardinalis omnem
impenderit operam, ut Cardinalem Po-
lum cum Cæsare reconciliaret, ab eo-
demque impetraret, quatenus præfato
Cardinali in Angliam contendere lice-
ret.

ret. Tandem Dandinus anno salutis no- Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
stræ millesimo quingentesimo quinqua-
simo primo Cardinalis creatus bis inter-
fuit facris Comitiis, in quibus Marcel-
lus II. & Paulus IV. in summos Pontifi-
ces eligebantur: sede autem vacante,
cum ex conclavi ob morbi violentiam e-
gredi cogeretur, Romæ die quarta De-
cembris Anno Christi millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo nono obiit, ac
terræ mandatus fuit in tituli sui Ecclesia
ad S. Marcellum prope summi altaris gra-
dus, ubi duæ leguntur inscriptiones,
quæ ejus elogium complectuntur.

§. XXI.

Mors Ludovici Lippomani.

Quarta ante Pauli IV. obitum die, *Thuan. hist.*
l. 21.
seu decima quarta Augusti Aloy- *Pallav. l. 10.*
fius, vel Ludovicus Lippomanus Venetus, *c. 15. n. 2. l.*
celebris Theologus, ac primo Methonen- *11. c. 2. u. 6.*
sis, postea Veronensis, & demum Ber- *c. 13. n. 1. l. 6.*
gomensis Episcopus decessit. Hic, quam- *14. n. 1. l. 13.*
vis crebris in Lusitaniam, Poloniā, *& 14.*
alioque Regna legationibus distinere-
tur, nihilominus residuum semper ad
studia tempus nanciscebatur, quod elu-
cubrationibus magno numero conscri-
bendis dicavit, nec minus inclaruit lin-
guarum, Historiæ Ecclesiasticæ, & Theo-

T 5 logiæ